Benedictio in Nuptiis Jubilaeis

Blessing for Wedding Anniversaries

Conjuges catholici, in gratiarum actionem celebrantes anniversarium nuptiarum, accedunt ad altare vel cancellos. Parochus vel alius Sacerdos, indutus superpelliceo et stola alba vel paramentis ad Missam celebrandam requisitis praeter manipulum, dicit, conjugibus genuflexis:

V. Adjutorium nóstrum in nómine Dómini.
R. Qui fecit celum et terram.
V. Dómine, exaüdi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad et véniat.
V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Actiónes nostras, quaésumus, Dómine, aspirándo praéveni et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio ct operátio a te semper incipiat et per te coepta finiátur. Per Christum, Dóminum nostrum.
R. Amen

Facta, si mos est, adhortatione ut coniuges renovant propositum permanendi cum pace divina usque ad mortem in societate connubii, conjuges possunt consensum matrimonialem renovare hoc modo:

Sacerdos: N., do you renew and confirm your taking of N. here present for your wedded wife?

Sponsus: I do.

Sacerdos: N.,do you renew and confirm your taking of N. here present for your wedded husband?

Sponsa: I do.

Junctis conjugum dextris, Sacerdos benedicit eos, dicens:

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, descéndat super vos et máneat semper.

R. Amen.

Benedictio



ámbu-lant in *vi- is* **e-** jus.

2. Labóres mánuum tuárum quia manduc**á**bis: * beátus es, et bene *tibi* **e**rit.

3. Uxor tua sicut vitis ab**ún**dans: * in latéribus *domus* **tu**æ.

4. Fílii tui sicut novéllæ oli**vá**rum: * in circúitu *mensæ* **tu**æ.

5. Ecce sic benedicétur **ho**mo, * qui *timet* **Dó**minum.

6. Benedícat tibi Dóminus ex **Si**on: * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus *vitæ* **tu**æ.

7. Et vídeas fílios filiórum tu**ó**rum: * pacem *super* **Is**raël.

8. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **Sanc**to.

9. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in sæcula sæcu*lórum*. **A**men.

Repetitur Antiphona.

V. Kyrie, eléison. R. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

V. Dómine, exaüdi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad et véniat.
V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, réspice propítius super hos fámulos tuos, ad templum sanctum tuum pro gratiárum actíone laetos accedéntes, et praesta ut post hanc vitam ad aetérnae beatitúdinis gaúdia (cum prole sua) perveníre mereámur. Per Christum Dóminum nostrum.
R. Amen.

Tandem aspergit eos more solito.
Missa dici poterit de die, aut votiva B.M.V., si per Rubricas licet. Sub finem addi poterit Te Deum, cum versu et Oratione pro gratiarum actione.

Te Deum


III
TE De- um laudámus : * te Dóminum confi-
témur. Te ætérnum Patrem omnis terra vene- rá-
tur. Ti- bi omnes ánge- li, ti- bi cæ- li et uni- vérsæ
pot- está- tes : Ti- bi ché- rubim et sé- raphim inces-
sá- bi- li voce proclámant : Sanctus : Sanctus : Sanc-
tus Dóminus De- us Sába- oth. Pleni sunt cæ- li et
terra ma- iestá- tis gló- ri- æ tu- æ. Te glo- ri- ósus
Aposto- ló- rum cho- rus : Te prophe- tá- rum laudá-



bi-lis núme-rus : Te márty-rum candi-dá-tus laudat



exérci-tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-



tur Ecclé-si- a : Pa-trem imménsæ ma-iestá-tis :



Vene-rándum tu-um ve-rum et úni-cum Fí-li- um :



Sanctum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu rex gló-



ri-æ, Christe. Tu Patris sempi-térnus es Fí-li- us. Tu



ad li-be-rándum susceptúrus hóminem, non horru-



ísti Vírgi-nis ú-te-rum. Tu de-vícto mortis acú-le-



o, ape- ru- ísti credéntibus regna cæ- ló- rum. Tu



ad déxte-ram De- i se-des, in gló-ri- a Patris.



Iudex créde-ris esse ventú-rus. Te ergo quæsumus,



tu- is fámu-lis súbveni, quos pre-ti- ó-so sánguine



redemis-ti. Æ-térna fac cum sanctis tu- is in gló-



ri- a nume-rá- ri. Salvum fac pópu-lum tu-um Dó-



mine, et béne-dic he-re-di-tá-ti tu- æ. Et re-



ge e- os, et extól-le illos usque in ætér-num.



Per síngu-los di- es, bene-dí-cimus te. Et laudámus



nomen tu-um in sæcu-lum, et in sæcu-lum sæcu-



V. Benedictus es, Dómine Deus patrum nostrórum.
R. Et laudábilis et glóriosus in saécula.
V. Benedicámus Patrem, et Filium, cum Sancto Spíritu.
R. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.
V. Bénedic, ánima mea, Dómino.
R. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.
V. Dómine, exaudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.
V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cujus misericórdie non est númerus et bónitatis infinítus est thesaúrus: piíssimae majestáti tuae pro collátis

donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exórantes ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non desérens ad praémia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Collectio Rituum (1954)